



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 17. Bituricensis Archiepiscopi oratio ad Regem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul XVI.
A C 1582. tium dabatur, eo potissimum fine, ut Philippi Castellani, qui supremus præfati Cleri Quæstor erat, rationes examinarentur. Ceterum hujus Conventus Promotor erat Langladus, Luetus vero illius Secretarius: porro in iisdem comitis illud confirmabatur statutum, quo cautum, ne ullus tanquam Deputatus, nisi saltem sacris Ordinibus initiatus esset, ad Cleri Comitia admitteretur: hæc cum agerentur, Rex Bellaquei morabatur, ad quem Bituricensis Archiepiscopus unacum Vasatensi, & Noviodunensi Episcopis fuerant ablegati, ut sæpius interposita innovarent postulata, vi quorum Tridentinam Synodum recipi, Ecclesiasticamque disciplinam, & Electionum jura restaurari petebant.

§. XVII.

Bituricensis Archiepiscopi oratio ad Regem.

*Act. & mem.
du Clerge an.
1646 t. I. p.
40.*

Hic idem Archiepiscopus, qua erat facundia, & doctrina præditus, die decima septima Julii gravem orationem ad Regem habuit, qua præprimis sacrum Ordinem Regi commendavit, & decessorum suorum exemplis eum ad pietatem hortatus est, ita perorans: „Tamdiu felices fuere Reges, quamdiu „in Deum pii, in Ecclesiam, & Eccle-
siæ

„fiæ Ministros munifici fuerunt: opposi-
 „tum vero ex Philippi pulchri, qui pri-
 „vilegia sacri Ordinis aut labefactavit,
 „aut plerumque abolevit, exitu patet,
 „cujus posteritas absque masculis hæ-
 „redibus decessit, translata in Valefio-
 „rum familiam regni successione, qui ob
 „contrariam causam, quod benefici er-
 „ga Ecclesiam fuerint, hucusque felicif-
 „sime regnaverunt: insuper regiam Ma-
 „jestatem suam Concilii Tridentini, quod
 „ad constituendam religionem, & disci-
 „plinam in domo Dei faciendam, plu-
 „rimum confert, publicationem urgere
 „debet, cum id præsentibus, & in-
 „stantibus Cæsaris, & omnium orbis
 „Christiani Principum Oratoribus cele-
 „bratum fuerit, cui religiose servando
 „se Regis ipsius Legati jurejurando ob-
 „strinxerunt: nec vero bonas leges con-
 „dere satis est, nisi & Magistratus pari
 „probitate iis prælint: enimvero Præ-
 „sules sunt Ecclesiæ Magistratus, quos
 „non solum vitæ sanctitate præ-
 „stare oportet, sed insuper ad mores ac-
 „cedere debet doctrina, prudentia, lin-
 „quarum scientia, & dicendi facultas,
 „ut populum edocere, & publice allo-
 „qui cum fructu valeant: igitur Viri do-
 „cti, eloquentes, probique ad Prælatu-
 „ras sunt nominandi: secus enim, si
 „cæcus cæcum ducit, ambo in foveam

Sæcul. XVI.

A.C. 1582.

Sæcul. XVI.
A.C. 1582

„cadunt. Verum aliquot abhinc annis,
 „ac præcipue a concordati tempore non
 „sine maxima populi offensione omnis
 „generis Clerici promiscue ad Ecclesiæ
 „dignitates imo, & Prælaturas fuerunt
 „promoti, & quidem per simoniam,
 „quod crimen est Deo abominabile,
 „necnon per nundinationes, turpia lu-
 „cra, fiducias, illicitas pactiones, pen-
 „siones privata auctoritate impositas,
 „plurima monstra pravo usu, ac sæculi,
 „seu bellorum licentia in Ecclesiam ir-
 „repperunt, ac nullibi magis, quam in
 „Franciæ regno frequentia sunt, adeo,
 „ut hodie illi sine auctoritate, ac hono-
 „re relinquuntur, qui virtute probita-
 „te, & scientia clari sunt, interim dun-
 „taxat ii, qui plus divitiis, aut favore
 „pollent, Ecclesiæ dignitatibus, hono-
 „ribusque conspicui cernuntur, cum ta-
 „men hi velut canes muti, qui latrare
 „nequeunt, suo munere fungantur, ac
 „suas oves omni ope destitutas dese-
 „runt, nonnisi vano Pastoris nomine,
 „& beneficiorum suorum redditibus con-
 „tenti: ut ergo huic malo efficax op-
 „ponatur remedium, unaomnes Regem
 „exoramus, ut antiquam electionum
 „libertatem in primariis sacri Ordinis
 „dignitatibus restituat, abdicato a se
 „nominationis jure, quod sibi arroga-
 „vit, licet ad summum Ecclesiæ, re-
 „gum

„guisque exitium tendat: hanc ob caus-
 „sam Ludovicus IX. optimus, & fan-
 „ctissimus Princeps allato a Pontifice di-
 „plomate, quo ei ad Episcopatus no-
 „minandi jus a Majoribus suis diu ante
 „usurpatum tribuebatur, non solum il-
 „lud recusabat, sed idipsum concerpi,
 „& exuri præsentè Pontificis Nuntio
 „jussit, addito, nolle se suas partes in di-
 „judicandis iis Viris interponere, qui
 „animæ suæ, ac conscientiæ judices
 „essent a Deo constituti, cum in eos
 „judicium penes solum Deum, & Ec-
 „clesiam esset: si vero hæc agendi ra-
 „tio usque ad nostram ætatem fuisset
 „continuata, nec Ecclesia, nec primus
 „regni Ordo funestam experiretur deso-
 „lationem, in quam hodiedum demer-
 „sus cernitur: itaque oppido necessa-
 „rium est, ut pristina electionum norma
 „ab ipsis Apostolis usitata revocetur; hi
 „enim invocato prius Dei auxilio in Ju-
 „dæ locum Matthiam elegerunt: si er-
 „go Ecclesiis electionum jus redditur,
 „brevis cessabunt corruptelæ, probique
 „Pastores sui muneris partes explebunt,
 „ac populi in obsequium Deo debitum,
 „quod ab servitio regiæ Majestati tribuen-
 „do separari nequit, redibunt: ceterum
 „Clerus ob novas decimas recens im-
 „positas ad extremam calamitatem est
 „reductus; nam omnem prorsus mo-
 „dum

Sæcul. XVI. „dum transcendit, quod Rex duabus
A.C. 1582 „decimis anno priori imperatis non-
 „dum satiatus adhuc tertiam partem ex
 „reditibus exigere audeat, atque ad il-
 „lam solvendam pauperes beneficiatos
 „adeo divexet, ut unus pro altero sol-
 „vere teneatur, cum tamen id divinæ,
 „& humanæ, imo & scriptæ legi ad-
 „versetur, quæ nequaquam permittunt,
 „ut quisquam alterius loco ad solven-
 „dum compellatur: aliunde vero tertia
 „hac tributorum exactione Rex promif-
 „sum in nupera pacificatione factum
 „violat, quapropter Ecclesiastici, cum
 „ejusmodi exactionibus satisfacere ne-
 „queant, suas Ecclesias deserere, gre-
 „gem suum absque divino officio, ac
 „instructione, sacramentorumque ad-
 „ministracione relinquere, imo ipsum
 „etiam statum suum immutare, aut eo
 „migrare coguntur, ubi saltem quod-
 „dam asylum reperire poterunt: igitur
 „Clerum, & Ecclesiam Gallicanam a
 „tam immoderatis exactionibus libera-
 „re, atque suis bonis, & possessionibus
 „restituere oportet. Postremo Archi-
 „præsul Regem rogabat, ut vivorum
 „Clericorum beneficia ob morbi, vel cu-
 „juscunque alterius causæ obtentum
 „nulli conferat, ne mortis votum contra
 „ejusmodi Beneficiatos inducatur.